

vindemiarum, aliæque ad mitigandos calores æstivos concessæ; adeoque secus est dicendum de feriis sacris et repentinis, ibi non expressis et non exceptis, quia exceptio unius firmat regulam in contrarium, l. *In iis quæ*, de Legibus, et Glossa ibid. expresse ait: « Exceptio a regula firmat regulam in aliis; sive exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis, » ut inquit Fagnan. in cap. *Illæ*, n. 31, *Ne sede vacante*, et late probat Barbosa Axiomat. 85, num. 4.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

De judiciis tametsi haud parce disserat auctor, libet tamen pauca, sed ordine servato, habere.

(40. Judicium non male definitur: « Ordo judiciarius quo coram iudice competente causæ controversæ disceptatio inter actorem et reum legitime peragitur, ut sententia lis finiatur, ut suum cuique tribuatur. »

(41. De iudicii divisionibus agit hic auctor, sed congruentius Bohemer. Introd. in jus digest. lib. v, tit. 1, n. 2 et seqq.

(42. Quatuor in omni iudicio consideranda sunt. Primum est legitima pertractatio secundum ordinem præscriptum, ne nullitas in processu lateat, leg. 4, cod. de sent. et Interlocut.

(43. Hinc non est incongruum inquirere utrum iudicium a citatione an a litis contestatione initium capiat. (44. Hæc autem obtinet distinctio. Quantum ad fundandam jurisdictionem iudicis, initium iudicium capit a citatione, ac propterea inducit citatio præventionem et litis pendentiam. Quantum vero ad litigantes, non nisi a litis contestatione initium capit iudicium: Stryk. in Usu moderno Pandect. lib. iv, tit. 1, § 5.

(45. De antiqua forma litis contestationis adhibitis testibus factæ videri possunt Vultejus de Judic., lib. iii, c. 1, n. 7 et 55. Obrechtus de litis Contestat., cap. 5, n. 2, et seq. (46. De hodierna vero litis contestatione confer Bohemer Introd. in Jus digestorum, lib. v, tit. 1, n. 5 et plur. seq.

(47. Plures vero sunt effectus litis contestationis, qui citationi tribui nequeunt, *Primo* enim, malam fidem inducit. *Secundo*, impedit mutationem libelli. *Tertio*, constituit procuratorem dominum litis. *Quarto*, inducit quasi contractum, novationemque. *Quinto* (quod est consecrarium præcedentis effectus), facit actiones ad hæredes transitorias et temporales perpetuas. *Sexto*, pertinet post contestationem litis omnis causa et utilitas rei ad officium iudicis. *Septimo*, dilatorias excludit exceptiones. Ad de iis et aliis effectibus Stryk. in Usu moderno Pandect., lib. v, tit. 1, § 4; Bohemer Introd. in Jus digestorum, l. iv, tit. 1, n. 10.

(48. Alterum in omni iudicio considerandum est legitima iudicis persona coram quo processus peragitur. In omni autem iudice, *primo* requiritur *habilitas*. (49. Inhabilitas autem vel est naturalis, vel civilis: et civilis vel est absoluta, vel secundum quid; consule Bohemer, Introd. in Jus digestorum, lib. v, tit. 1, n. 12, qui rem exemplis illustrat.

*Secundo* in iudice requiritur *integritas*, ut præstet officium viri boni. Quocirca permixtum est litigantibus iudices suspectos recusare. (50. An vero integrum collegium recusari possit, non conveniunt DD. Sunt qui affirmant si maxima pars collegii sit suspecta, Strauch. dissert. Juris Public. 13; Mev. part. 1, dec. 194, fere per tot. Sed id restringunt ad inferiora tribunalia, Vultejus de Judic., lib. ii, c. 7, num. 206; Plum. in Process. Camera, tit. 25, § 1. « Sed fateor (inquit Stryk. in Usu moderno Pandect., lib. v, tit. 1, § 11) omnino publicæ rei salutem exigere, ne facile recusetur summa Tribunalia; quod si tamen legibus probata causa adsit, non video quid recusationi obstet. »

(51. Quod attinet ad modum proponendi recusationem, iure civili in libello recusationis suspicionem generaliter allegare sufficit, præstato tamen juramento calumniæ. (52. At iure canonico causa in libello exprimens. Cognitio vero de illa, vel coram arbitris expeditur, vel ad superiorem devolvitur; Bohemer. Introd. in jus digestorum, l. v, tit. 1, n. 14.

(53. Pertinet huc etiam juramentum perhorrescentiæ iure canonico introductum, quod hujus efficaciam est ut, illo præstato, quis coram illo iudice apud quem litigare perhorrescit, se sistere non teneatur, sed causa ad superiorem devolvatur. Vide de hoc perhorrescentiæ juramento Feliman. in tractatu ita inscripto.

(54. Requiritur tertio in iudice *competentia*, quæ duplex, tum respectu jurisdictionis, ut habeat illam jurisdictionis speciem ad quam pertinet causa controversa; tum respectu reorum ex quorum persona ordinariæ competentia iudicis æstimatur. De hoc autem foro competente intuitu reorum consulendus præ cæteris Voet. in Comment. ad Pandect., lib. v, tit. 1, per. tot., qui materiam pro dignitate tractat.

(55. *Tertium* in omni iudicio considerandum concernit *legitimam litigantium personam*, id est actorem et reum. Actor in iudicio dicitur qui quod sibi debetur persequitur; Reus vero qui contra actoris persecutionem se defendit, ejusque elidit intentionem.

(56. In actore primo requiritur ut habeat is *legitimam personam standi in iudicio*. Hanc non habent servi, excommunicati, banniti, majores magistratus durante officio, minores et pupilli absque curatore vel tutore, prodigi, et filii familias; Bohemer. Introd. in jus digestorum, lib. v, tit. 1, num. 39. (57. Monet vero idem auctor loco mox citato, majores magistratus, hodiernis moribus, durante etiam officio agere posse; (58. tum monet filios familias in peculio castrensi, et quasi castrensi libere agere posse, in peculio vero adventitio extraordinario agere debere consentiente patre, si pater potuisset usumfructum acquirere, et in peculio adventitio ordinario patrem ipsum agere debere, filio consentiente.

(59. Tenet Grœnveg. de legib. abrogat., l. v, digestor., tit. 1, leg. 4, posse hodie filiosfamil. ex quacunque causa contra pa-

tres agere, non obstante patriæ potestatis vinculo. (60. At Stryk. in Usu moderno Pandect., lib. v, § 33, sententiam hanc temperat si de illis bonis quæstio sit quorum usufructus patri non competit, vel etiam de bonis maternis, patre ad secunda vota trans-eunte.

(61. Nec aliquid hac in re innovavit jus canonicum in capit. 11, de sponsalib. (62. In eo enim causam singularem esse, ubi pater uxorem filii detinet, ex contextu apparet quo casu, ut et omni alio ubi manifesta patris injuria, nec hodie beneficium implorandi auxilium iudicis filio denegandum.

(63. Secundo in actore requiritur ut ipse *volens, et sponte agat*. Tribus vero casibus ad agendum compelli quis potest. (64. *Primo*, si alterius ex iure perfecto interit alterum agere: vide l. 8, in fine, ff. de optione legata; l. ii, § penult. et ultimo ff., ad l. *Rhodium de Jactu*, l. 13, § 30, ff. de Actionibus empti. *Secundo*, si quis ad agendum teneatur ex officii necessitate, ut tutor, curator, etc. *Tertio*, si quis ad agendum provocetur per remedia, quæ ex leg. *Diffamari*, cod. de Ingeniis et manumiss., et l. *Si contendat*, ff. de Fidejuss. usu forensi trahuntur. (65. Huc etiam pertinet provocatio, creditorum moto concursu.

(66. Qui agere in iudicio haud possunt, regulariter nec actores esse queunt, si excipiantur excommunicati et banniti, ne alias beneficio afficiantur. (67. Id vero nota

JUDICIUM TEMERARIUM, SUSPICIO, ET DUBITATIO.

SUMMARIUM.

1. Judicium, suspicio, et dubitatio inter se differunt. *Ad num.* 2. — 3. Dubitationis et suspicionis quidditas assignatur. — 4. Suspicio alia est levis, alia gravis, alia violenta, et quæ sint. — 5. Judicium aliud est prudens, et aliud imprudens, et quale sit utrumque. *Ad num.* 6. — 7. Dubitatio, et suspicio, alia item est prudens, alia impru-

dens, et utraque explicatur. — 8. Assignantur iudicia sufficientia vel insufficientia ad iudicandum, suspicandum, dubitandum de vitio vel crimine alterius. — 9. Judicare, suspicari, vel dubitare de alterius vitio an sit peccatum. *Ad num.* 10. — 11. Judicium temerarium de alterius crimine quale peccatum sit. *Ad num.* 12. — 13. Temere suspicari, vel dubitare de alterius crimine, an, et quale sit peccatum. *Ad num.* 16.

(1. Hæc tria, scilicet, Dubitatio, Suspicio, et Judicium inter se differunt, *communis ac certa*, et patet ex earum definitionibus, quæ mox dantur. (2. Dubitatio enim non est verus assensus, sed veluti suspensio animi in neutram partem se determinantis, ac veluti in ancipiti hærentis. *Est in re communis*, (3. Suspicio est assensus debilis junctus cum formidine de opposito. *Est in re communis*. (4. Hæc suspicio, alia est levis, alia gravis, et alia violenta. Suspicio levis est quæ assensum valde debilem, multum vero dubitationis, vel formidinis de opposito habet. Suspicio gravis seu vehemens est quæ plus assensus, et minus formidinis vel dubitationis de opposito habet. Suspicio violenta (quæ in cap. *Ex litteris* 12, de Præscriptionibus appellatur *violenta, et certa suspicio*) est quæ plurimum assensus, et valde parum, vel vix aliquid dubitationis vel formidinis de opposito continet, adeoque pertingit ad integram persuasionem seu credulitatem ex conjecturis seu indiciiis

quoad reos, alium pro alio conveniendum haud esse, nisi *primo* aliquis nexus subsit. *Secundo* aliquando per indirectum jus pignorationis, vel represaliarum adhibeatur; de quarum requisitis alibi agendum.

(68. *Quartum* considerandum in omni iudicio respicit *qualitatem causarum peragendarum* quæ varii sunt generis, alterantque ipsum processum, imo et forum. Interest autem ut justo ordine uti plures concurrant, proponantur. (69. In his autem regulis fundatur ordo. *Primo*, præcognosci illa debent sine quibus cætera intelligi haud possunt, uti sunt causæ præjudiciales: Hertius de ordine causarum in Jud., tract., § 4 et sequent. (70. Hæc si in causa principali incidenter moveantur, tandiu principalis ipsa causa sistitur, donec iudicatum de incidente sit ab eodem iudice, tametsi alia cognoscere de ea principaliter haud valeat, leg. 14, cod. de ordin. Judic. *Secundo* in illis quæ non cohærent aut ab altero dependent, proponendum est præstantius. (71. Inde fit ut criminalis mota ab actore terminanda sit præ civili a reo mota: Hertius ubi supra, § 13 et sequent. (72. Eadem de ratione quæstio a fisco mota circa rem suspendit privatam actionem de eadem motam, leg. 35, ff. de Jure fisci. (73. *Tertio*, præparatoria primum tradenda, deinde principalia. (74. Atque hinc est, quod causæ possessionem ante controversiam de proprietate sint finiendæ nisi in petitorio res sit aperta.

dens, et utraque explicatur. — 8. Assignantur iudicia sufficientia vel insufficientia ad iudicandum, suspicandum, dubitandum de vitio vel crimine alterius. — 9. Judicare, suspicari, vel dubitare de alterius vitio an sit peccatum. *Ad num.* 10. — 11. Judicium temerarium de alterius crimine quale peccatum sit. *Ad num.* 12. — 13. Temere suspicari, vel dubitare de alterius crimine, an, et quale sit peccatum. *Ad num.* 16.

haustam. (5. Judicium est plenus et firmus animi assensus, vel credulitas. *Est in re communis*.

6. Judicium aliud est prudens, quando scilicet nititur sufficientibus indiciiis seu conjecturis ad generandum firmum assensum de alterius probitate vel improbitate. Aliud vero est imprudens, seu *temerarium iudicium*, quando scilicet sufficientibus indiciiis seu conjecturis non innititur. (7. Et sic dubitatio et suspicio est prudens si innititur, et temeraria si non innititur sufficientibus ad rationabiliter dubitandum vel suspicandum indiciiis, seu conjecturis. *Communis*.

(8. Indicia sufficientia ad iudicandum, suspicandum, vel dubitandum de vitio vel crimine alterius, sunt, verbi gratia, videre hominem noctu accedere ad domum suspectam, vel infamem, aut inde exire; videre hominem noctu admotis scalis tentare aperire fenestram alicujus domus, et hujusmodi. Indicia autem insufficientia sunt videre hominem honestum et alias bonæ famæ clara

die transire per talem domum, vel plateam, ubi femina infamis habitat. Videre hominem clara die coram vicinis et transeuntibus palam admovere scalam, tentare aperire fenestram alicujus domus, et hujusmodi, quia licet possit quis, positus et visis primis indiciis, prudenter judicare vel suspicari quod unus fuerit adulter, et alter fur, non sic tamen positus, et visis solum secundis indiciis, cum potius tunc debeat prudenter judicare, talem non animo adulterandi, sed alio justo et honesto fine dictam domum vel plateam transire, et alium non animo furandi, sed ob aperiendam propriam domum, non aliter, propter amissam clavem, sic de facili aperibilem, quam admota scala fenestram ascendere. Generatim igitur illa dicuntur indicia sufficientia ad judicandum, suspicandum, vel dubitandum de vitio vel crimine alicujus, quodcumque illa ex se, vel communi usu hominum sunt ut plurimum conjuncta cum tali effectu malo, de quo quis judicat, suspicatur, vel dubitat. Illa autem dicuntur indicia insufficientia, quæ ex se, vel communi usu hominum sunt indifferentia, aut raro conjuncta cum tali effectu malo, de quo quis judicat, suspicatur, vel dubitat.

(9. Judicare, suspicari, vel dubitare de alterius vitio vel crimine prudenter, et ex sufficientibus indiciis seu motivis, quæ scilicet habent aliquam moralem connexionem cum tali vitio vel crimine, per se loquendo nullum est peccatum. *Communis*, cum Layman lib. III, tract. 3, part. II, cap. 2, num. 4, Lugo disp. 14, sect. 2; Azor part. V, lib. III, cap. 11, q. 3; Sporer tom. II, tract. 5, in VIII, præcept. Decalog., cap. 4, num. 25; Reiffenstuel Theol. mor., tr. 6, dist. 6, qu. 6, num. 59. Et ratio est, quia proximus amittit jus suæ famæ et bonæ existimationis respectu illius hominis, cui ejus vitium seu crimen sufficientibus indiciis proponitur, unde iste taliter dubitando, suspicando, vel etiam judicando, neque peccat contra charitatem proximi, neque contra justitiam, arg. cap. *Quod suspecti* 15, caus. 3, qu. 5, et capit. *Suspicionis* 39, de Officio delegati, cum similibus, ubi licite ac juste ob legitima indicia, nunc iudices, nunc testes, aliique possunt recusari.

(10. Judicium temerarium, absque sufficientibus indiciis de vitio vel crimine proximi in materia gravi deliberate conceptum, est peccatum ex genere suo mortale; *communis*, cum S. Thomas 2, 2, q. 60, art. 3, et colligitur aperte ex verbis Christi *Matthæi* VII, et *Lucæ* VI, *Nolite judicare, et non judicabimini; nolite condemnare, et non condemnabimini*, ubi de judicio temerario sermonem esse patet ex contextu. *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo est* (peccatum grave) non consideras? Et sanctus Jacobus apostolus in sua Canonica, c. 4, conjungit judicium temerarium cum detractione: *Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi et judicat legem*. Detrahere autem proximo in materia gravi est peccatum gra-

ve, adeoque, etc. Tum quia hoc patet ratione; nam quisque habet jus ad famam, seu bonam existimationem sui apud quemcumque hominem, donec per sufficientia signa innotescat seu demonstretur malus, juxta illud: *Quisque præsumendus est bonus, donec demonstretur malus*, argum. cap. *In cunctis* 12, caus. 11, qu. 3, cap. *Mandata* 6, et cap. *Dudum* 16, de Præsumpt. Ergo gravem ei injuriam infert qui temere absque sufficientibus indiciis firmam de ipsius improbitate concipit sententiam, eumque in corde suo condemnat, adeoque graviter peccat.

(11. Ut autem tale judicium sit peccatum mortale, tres requiruntur conditiones. Prima, quod judicium sit in materia gravi; quæ materiæ gravitas, vel levitas attendi debet vel ex ipsa substantia materiæ vel ex qualitate personæ. Unde defectu gravitatis materiæ, veniale erit judicare de Paulo furtum unius julii; et ratione qualitatis personæ, veniale erit judicare de juvene parum honesto quod transeat per aliquem locum ad inhonestam. Secunda, quod judicium sit firmum et plene deliberatum; quia, si judicium non sit firmum et quasi pro moraliter certo conceptum, erit sola suspicio; et si non sit deliberatum cum pleno consensu voluntatis, erit vel sola prima apprehensio de improbitate proximi, vel solus actus iudicii imperfecti, non sufficiens ad peccatum mortale. Tertia, quod judicium sit ex levibus et sufficientibus indiciis seu conjecturis; quia, si judicium sit ex gravibus et sufficientibus indiciis seu conjecturis, non erit temerarium, sed prudens, ut patet ex dictis supra num. 5. (12. Hinc, quia raro omnes tres allatæ conditiones una simul interveniunt, raro judicium temerarium est mortale; una enim ex ipsis deficiente, judicium temerarium non est mortale; *communis*.

(13. Suspicio temeraria de proximi vitio seu crimine ex genere suo est peccatum veniale tantum; *communis*, cum S. Thoma 2, 2, quæst. 60, artic. 3, et indicat etiam sanctus Augustinus tract. 99, in Joan. dicens: « Si suspensiones omnino vitare non possumus, quia homines sumus; iudicia tamen, id est definitivas firmasque sententias continere debemus. Et ratio est, quia per suspensionem temerariam, etsi aliquantulum lædatur fama seu bona existimatio proximi, non tamen simpliciter et graviter, sed secundum quid et leviter tantum, cum suspicio sit solum levis assensus de vitio seu crimine proximi cum actuali dubitatione seu formidine de opposito. (14. Potest tamen suspicio temeraria evadere peccatum mortale per accidens, ut si oriatur ex maligno affectu, aut conjuncta sit cum gravi odio vel contemptu proximi. Si quis ex tali temeraria suspicione in effectum externum malignum aut damnatum proximi procedat, ut si ex sola suspicione iudex reum condemnaret; superior subditum puniret, aut ab officio amoveret; si ratione talis suspensionis, quis alicui suffragium in electione negaret, aut eum a consecutione alicujus notabilis boni impediret; *communis*.

(15. Dubitatio temeraria positiva de vitio vel crimine alterius per se loquendo est solum peccatum veniale; *communis* cum Lesio l. II, c. 29, dub. 8; Layman l. c., n. 6; Sporer l. c., n. 34. Et ratio est eadem quæ de suspicione, et a fortiori, quia minus lædit famam proximi dubitans solum num sit malus, quam etiam suspicans esse malum. Dubitatio enim temeraria positiva in hoc solum consistit quod quis, habitis sufficientibus indiciis ex quibus posset ac deberet judicare aliquem esse bonum, ille, omisso hoc iudicio, ex aliis leviusculis indiciis seu conjecturis vel motivis, positive dubitet seu judicet esse dubium et incertum an sit bonus: adeoque, si per se loquendo suspicio temeraria est solum peccatum veniale, quia

## JURAMENTUM.

## SUMMARIUM ARTICULI I.

1. Juramentum quid sit. — 2. Juramentum dividitur in assertorium et promissorium, et quid sit utrumque. Ad num. 4. — 3. Juramentum tam assertorium quam promissorium dividitur in simplex et solemne, et quale sit utrumque. — 4. Juramentum rursus dividitur in contestativum, execratorium, et comminatorium, et singula explicantur. — 5. Juramentum potest fieri quatuor modis, qui assignantur. — 6. Quænam conditiones requirantur ad hoc ut juramentum sit licitum. — 7. Juramentum debitis conditionibus factum nullum includit peccatum. Ad num. 12. — 8. Quid sit jurare cum restrictione mentali. Ad num. 26. — 9. Jurare sine

## ARTICULUS I.

*Juramentum quoad ea quæ concernunt ejus esse, divisionem, et modum licitum, seu illicitum jurandi.*

(1. Juramentum est invocatio tacita vel expressa divini numinis, tanquam primæ et infallibilis veritatis in testem alicujus rei. *Est in re communis*. (2. Juramentum dividitur in assertorium et promissorium; ita Scotus in 3, dist. 39, quæst. unica, et *communis* aliorum. (3. Juramentum assertorium est illud quo simpliciter sine aliqua promissione aliquid affirmatur vel negatur. *Est in re communis*. (4. Juramentum promissorium est illud quod ad confirmationem promissionis, seu contractus, aut pacti alicujus corroboracionem adjicitur. *Est etiam in re communis*.

(5. Juramentum, tam assertorium quam promissorium, dividitur in juramentum simplex et in juramentum solemne. *Juramentum simplex* est quod fit per simplicem divini numinis invocationem, vel contestacionem in confirmationem rei assertæ vel promissæ. *Juramentum solemne* est quod per certam verborum formulam vel corporalem alicujus rei, verbi gratia, sancti Evangelii attactum, perficitur coram legitimo superiore, ut majorem auctoritatem et æstimationem habeat, quale potissimum solet fieri in iudiciis, in professione fidei, in homagiis ac juramento fidelitatis, et hujusmodi. *Sic in re communis doctorum*.

(6. Rursus juramentum dividitur in juramentum contestativum, execrativum, et

famam seu bonam existimationem proximi parum lædit, a fortiori per se loquendo erit solum peccatum veniale dubitatio temeraria positiva, quia minus famam proximi lædit. Dubitatio autem temeraria negativa de vitio seu crimine proximi nullo modo est peccatum; *communis* cum citatis doctoribus. Et ratio est, quia per talem dubitationem nulla prorsus injuria infertur proximo. (16. Dubitatio enim temeraria negativa in hoc solum consistit, quod quis oblata sibi cogitatione de bonitate vel malitia proximi, omne iudicium omnemque suspensionem et dubitationem positivam ex defectu motivi et rationis circa ipsius bonitatem vel malitiam suspendat, quod, cum nullimode sit ei injuriosum, nullum pariter erit peccatum.

animo jurandi an liceat. Ad num. 51. — 52. Jurare falsum sine animo jurandi quale peccatum sit. — 53. Jurare sine animo implendi quale peccatum sit. — 54. Quid de juramento sine causa ex consuetudine culpabiliter retenta. Ad num. 55. — 56. Assignantur variae juramenti formulæ. Ad num. 47. — 48. Ad licite jurandum requiritur certitudo veritatis, tum ex parte rei juratæ, tum ex parte personæ jurantis, et quando talis certitudo habeatur. Ad num. 50. — 51. Veritas juramenti est triplex, et assignatur. — 52. An quando, et quibus liceat juramentum exigere. Ad num. 56. — 57. Animadversiones ex aliena manu. — 1. Novæ additiones ex aliena manu. Ad num. 8.

comminatorium. *Juramentum contestativum* est illud quo Deus simpliciter ut testis invocatur. *Juramentum execratorium* seu imprecatorium est illud quo jurans sibi ipsi, vel aliis sibi charis, et ad ipsum pertinentibus mali quidpiam a Deo falsitatis vindice imprecatur, nisi verum sit quod assertit vel promittit. *Juramentum comminatorium* est illud quo jurans comminando promittit alicui malum pænæ, ut verbi gratia. *Per Deum ego te verberabo; Per Deum ego et occidam*, et hujusmodi.

(7. Juramentum potest fieri quatuor modis, scilicet mente, nutu, facto, et verbo. *Mente* fit juramentum quando intra animum aliquid affirmatur vel negatur, Deusque in confirmationem invocatur velut testis. *Nutu* fit juramentum quando alicui dicitur: *Jura per Deum*, et ipse oculis vel capite annuit. *Facto* fit juramentum quando aliquis oblatum sibi ad jurandum Evangelium tangit. *Verbo* fit juramentum quando aliquis dicit, vel scribit, verbi gratia *Juro* in iis tamen circumstantiis, in quibus sic intelligitur Deus vocari in testem.

(8. Ad juramentum, ut sit licitum, requiruntur tres conditiones, tanquam comites ipsius, nempe *veritas, iudicium, et justitia*, ut habetur expresse ex *Jeremiæ* IV, ibi: *Jurabis, Vivit Dominus, in veritate, iudicio, et justitia*. *Veritas* in hoc consistit quod res sit vera, aut ex gravi ratione vel bona fide putetur vera, et sic veracissimi Numinis testimonium non adducatur in attestacionem falsi, seu mendacii, alioquin esset perjurium et gravissimum peccatum. *Judicium*, seu judi-